Quelle:
Copyright:

et lecturam super apocalypsin exaravit. Vide Oefinger Bibl: Augustin: p: 720.

2

S. Thomæ Aquin. Cätena aurea in Evang: S. Joannis. 1042a-1145b

S: Thomæ Aquinatis Cätena aurea in evangelium S. Joannis: Rubrica præmittitur: "Aggregationes Thomæ de aquino super Johanem capitulum primum." Initium glossæ est: "Divine visionis sublimitate illustratus ysaias propheta dixit vidi dominum sedentem" &c. In codice nostro progreditur usque ad vers: 27. capitis octavi. De hac catena vide Quetif Script: Ord. Prædic: T. I. p: 326 segg: ubi eam S. Thomæ contra Petrum de Alva Ordin: Min: vindicat. Extat inter opera S. Thomæ Paris: 1660. Fol: Tom: XVII.

3

Guilelmi Britonis Vocabularius. 148a-173a

Guilelmi Britonis Vocabularius cum vocibus Hebraicarum in biblis occurrentium interpretatione latina. Incipit: "Abba secundum Papiam Syrum" &c. In fine mutilum est. Guilelmi Britonis esse opus doceris a Codice CLVI n: 2. ubi vide.

4

Sermo. 173b-178a

Sermo de omnibus Sanctis, qui incipit: "Exultate in illa die quia ecce quamvis ex evangelio isto."